UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Fornicationis uitium fugiendum est propter quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Visual Library

eo a peccato cauendo, quia Dominus ſanctificauit eum. Exo. Benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificauit eum. Et Gen. 2. & Hier. 17. Sanctificate diem ſabbati. Quartum eſt, ut utilitati animæ intendamus, ſpiritualia opera faciendo. Exo. 20 Gen. 2. Hier. 17

### *Filij Dei dicuntur tria genera hominum.*

INimicorum dilectores. Matt. Diligite inimicos ueſtros, &c. Vt ſitis filij patris ueſtri, qui in cælis eſt. Et Auguſtinus. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei altiſſimi non ſolum amicus, ſed & filius. Secundo, Diſcordantium pacificatores. Eccleſiaſticus. In iudicando eſto pupillis miſericors ut pater, & pro uiro matri illorum, & eris tu uelut filius altiſſimi, &c. Tertio, pacis amatores. Vnde dicebat Saluator noſter. Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur. Mat. 5 Auguſ. Ecc. 4. Matt. 5

### *Fornicationis uitium fugiendum eſt propter quatuor.*

PRimo, quia Deo diſplicet; homo enim domus & templũ Dei eſt, ſecundum Pauli ſententiam.

1. Co. 3, Neſcitis quia templum Dei eſtis, &
ſpiritus ſanctus habitat in uobis? Si-
quis autem templum Dei uiolauerit,
Gloſſa. deſtruet illum Deus, &c. Vnde Gloſ-
ſa; Templum Dei uiolat, qui corpus
1. Co. 6. fornicationi parat. Idem Paulus ait.
Neſcitis quoniam membra ueſtra té-
plum ſpiritus ſancti ſunt, qui in uobis
Gloſſa. eſt, &c. Vnde Gloſſa. Si non parcis
tibi propter te, parce propter Deum,
qui te ſibi domum ſuam fecit. Contra
fornicatores poteſt dici illud Pſalmi.
Pſal. 78 Deus uenerunt gentes, &c. Secundo,
quia Angelis Dei fætet & diſplicet. Si
enim filius regis tuæ cuſtodię tradi-
to, in tua cuſtodia fornicaretur, mul-
tum tibi diſpliceret. quanto magis an-
gelis Dei, ſi filiæ Regis cæleſtis forni-
cantur, ad quarum cuſtodiam deputa-
Bern. ti ſunt Angeli, diſpliceret? Vnde Ber.
In quouis diuerſorio, in quouis angu-
lo reuerentiam exhibere angelo tuo;
nec audeas illo præſente, quòd non
auderes me uidente? Tertio, quia dæ-
Iob. 40. monibus ualde placet. Vnde Iob. Sub
umbra dormit in ſecreto calami in lo-
cis humentibus; loci humentes, ſunt
Gloſſa. luxiori, in quibus quieſcit. Vnde Gloſ-
ſa. Cum dæmones de omni peccato
gaudeant, præcipue tamen de forni-
catione; quia ibi corpus, & anima
maculatur. Quarto, quia homini ſum-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mè nocet. Sed de hac materia uide in ſequenti capitulo.

## *Fornicationis mala ſunt quatuor.*

PRimum eſt, quia nulli fidem ſeruat. Extat exemplum de Amon, 2. Re.13
qui ſororem ſuam Thamar corrupit. De hoc infinita exempla & diuerſa adduci poſſent, ſed tu inquire. Et. Reg. 11. Dauid fidelem ſuum nuntium occidi fecit pro uxore illius. 2. Re. 11
Secundum eſt, quia hominem ſepe depauperat. Extat exemplum de filio prodigo apud Lucam. Et, in Prouerbiis legitur. Qui nutrit ſcortum perdit ſubſtantiam. Tertium eſt quia cor hominis obſcurat. Oſea. Nõ dabunt cogitationes ſuas ut reuertantur ad dominum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum. Quartum eſt, quia hominem in mortem temporalem ſæpe adducit. Sicut legitur in libro Numeri. Et Apoſt. Neque fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia, &c.

Luc.15
Pro.30.
Oſeæ.5
Nu.25.
1.Co.10